

Tractatus

Insolubiliū

Via omne pmissum cadit in debitu. expeditur de eo qd circa arte obligatoria et ex practica dicendum pconceptum. superest de secundo pmissio. scz de ipsis vocatis insolubilibz pauca subiungere. ex quibz acuti novicij vsu perexercitati valeant huiusmodi insolubilia solvere. et imperitis insolubilitate proponere. Itaqz tria occurrunt peragenda: primum est quid sit insolubile. aut que ppositio dicatur insolubilis. Secundum. ex quibz tanqz principijs consurgit qd ppositio aliqua dicatur et sit insolubilis. et de causa huiusmodi ppositio in aliquibz ppositio nibz et non in alijs. Tercium est adducere quedam exempla ea formando. et solvendo qz tenus sensibili experientia percipiant moduz formadi similia. et resolvendi si ab alijs fuerint opposita. Quantum igit ad primum potest ppositio insolubilis tale circulo quatione notificari. Ppositio insolubilis est ppositio habes difficultate an vera dici debeat aut falsa ppter secundam significatione reflexam sup significatione directam. In hac notificatione ponitur ppositio tanqz genus. deinde ponitur ista clausula habes difficultate an vera dici debeat aut falsa tanqz differentia correspondes pponi ex ea parte qua est insolubilis. quia nisi difficultas fuit discernendi veritate aut falsitate non meretur dici insolubilis. Ultimo dicitur ppter secundam significatione reflexam sup directam significatione. per qua differt ppositio insolubilis a pponibus exponibilibz que licet indigent expositione ppter eaz obsecuritate. tamen est alteri generis difficultas pponibus exponibilibz insolubilibz. Potest etiam ppiens diffinitio manifestari per exempluz. ut si sortes dicat hanc solam ppoem. sortes dicit falsum. hec ppositio significat directe aliquod dcm sortis fore falsum. et quia dicit illam met ppositione solam. hinc e qd secundario recipiat a sua significatione sup seipsam. et significat se fore falsam. ad quod ita esse sequitur non ita esse. Sic ex hac diffinitione patet quedam differentia ppositio nū insolubiliū. nam quedam statim reflectunt secundaria significatione sup directam. sicut patet in exemplo prefato Queda aut media te reflectunt secundaria significatione supra

directaz sine prima. ut si sortes dicat. plato dicit verum. et non dicat aliam. plato autem dicit hanc sola. sortes dicit falsum. Iste namqz dato contingit ppositione sortis fieri falsa et tamen plato profert ppositione veram. ex cuius significatione quasi duplicat significatio ppositionis qua profert sortes. nam si platonis ppositio sit vera. que significat sorte dicere falsum. ppositio sortis interimit seipsam. Rursum ex eadem diffinitione inspecta potest sedari quorundam famosoz controverfia. dicit enim Buridanus. qd ppositio insolubilis. verbi gratia sortes dicat falsum. esto qd illam precise dicat et nullam aliam. significat sorte precise dicere falsum. et per consequens ita esse sicut ipsa significat. et tamen esse falsam. vult igit qd ppositio ideo non dicat vera vel falsa. quia ita est sicut per ipsam significatur significatione totali. vel non ita esse. Barilius autem oppositū sustinens dicit. qd non solum significat sorte dicere falsum. sed etiam significat secundario qd falsum est sortes dicere falsum. ppter secundaria significationem repugnantem significationi pme non directe et essentialiter. sed per accidens ratione circumstantie casus. et sic non proprie dicit significare quod importat reflexe Attendendo autem ad repugnantia que oriuntur ex directa significatione et circumstantia casus. sic generatur ipsius significatione. et simpliciter non est ita sicut per eam significatur. hec autem responsio secundaria magis est consona philosopho. nam quarto metaphisice diffinitur verum per ita esse. et falsum per ita non esse. sicut per ppositionem significatur.

Iste tractatus insolubiliū. qui dividitur in tres partes. In prima parte diffinitio ppositione insolubile in secunda ostendit ex quibz causis consurgit qd aliquid ppositio est insolubilis. in tertia ponitur quedam exempla. Primo ergo diffinitur ppositione insolubilem dicens. qd est ppositio habens difficultate an debeat dici vera aut falsa. propter secundaria significatione reflexam supra prima. Et in ista diffinitione ppositio ponitur loco generis. sed totum quod sequitur ponitur loco differentie. quia nisi aliqua ppositio haberet difficultate non meretur dici insolubilis. et illa difficultas debet oriri ex secundaria significatione reflexa supra prima significatione. quare ppones exponibiles non debent dici insolubiles. Ista etiam diffinitio in ista pponitur exemplo. ut patet ibidem. Et ex hac diffinitione autor manifestat quandam differentia ppositio nū insolubiliū. Et ipsa etiam potest sedari quorundam famosoz controverfia Buridani et Barilij. ut deducit vsqz ad finem textus.